

Aduertencias para

Et in partibus Indiarum ad Reges Hispaniarum, seu ad suum regale Consilium, seu ad Pro regem est recurredum, qui ex legatione Pontificis dant facultatem Religiosis ad admissi tranda Sacra menta, prout dictum est in superioribus, ad quos spectat reddere rationem, sue facultatis. Et Doctissimus Pater Frater Iohannes Focher in libello quodam cui titulus Refugium pauperum in quo duo illa indulta fratribus Prædicatoribus & Minoribus à Paulo. 4. concessa declarat, in huius rei confirmationem dicit, quod Fratres ad has partes missi à Regibus Hispaniarum, sunt huius Ecclesiæ veri Ministri: ut patet per Bullam Alexandri. o. qui has Indias dedit Hispaniarum Regibus, mandans & præcipiens eis, quod prouideant in ipsis Indijs de Ministris: quod ipsi faciunt quando prouident de Episcopis, Curatis, & de Fratribus quos omnes, ut huius Ecclesiæ Ministros auctoritate Papæ ad has destinant partes. Deinde dicit, quod indulta Fratribus Mendicantibus concessa ad instantiam Regum Hispaniarum [prout has Occidentales conceruent Indianas partes] magis debet dici priuilegia Regum Hispanie, quam Fratrum. Et si communiter dicuntur priuilegia Fratrum Mendicantium ex eo